

1.

Iodocus Brartschedl plebanus in ergolting
singularis fautor nr̄ nobis librū hunc
legauit ob dei honorē ac marie virginis
dne hautnō quentus utilitatem. Qui quidē
vita functus est 16 die Mensis maij anno
salutis m° iiij^c lxxxxv.

Prefatus iudocus plurium annorum principis
georgij pedagogus.

A marvellous volume!

cf. 017.2
AM4R
#1

BWR8123.152/37/53

THE GIFT OF
LESSING J. ROSENWALD
TO THE LIBRARY OF CONGRESS

Conuersi ab ydolis p predicacionē bn̄ iohānis drusiana et ceteri
S. iohannes baptisans
Drusiana
Cultores ydolorū explorātes fcā eius

Prahannus iohānē ad p̄fectū qui ydolorū culturā adnichilauit

S. iohēs romā mittit ac domiciano īpatori crudelissimo xp̄ianorū p̄secutori pūtat



Candelabra electos ecclesie significant quia spem in fide trinitatis habent sic candelabra super tres pedes posita sunt Aurea dicitur propter claritatem quia aurum sicut cunctis metallis ita sapientia est excellentior aliis virtutibus et grandi cum labore sicut aurum adquiritur

Johannes

Quod vides scribe in libro vite et mitte septem ecclesiis

B

Per has .vij. ecclesias una designatur ecclesia catholica. per .vij. angelos omnes rectores eiusdem ecclesie designantur Vidi silentium filio hominis vestitum pedes pre cinctum ad mamillas zona aurea caput autem et capilli erant candidi tanquam lana et alba tanquam nix et oculi eius velut flamma ignis et pedes eius similes auri calco sicut in camino ardentis habebat in dextera sua .vij. stellas et facies eius sicut sol lucet in virtute sua et de ore eius gladius ex utraque parte acutus exibat

Philadelphia. Laodicia. Thiatira. Sardis. Ephesus. Smirna. Pergamus.

Politime ego sum primus et novissimus et ecce sum vivens in secula seculorum

Gladius bis acutus de ore eius est sermo divinus superfluas cogitationes rescindens de utroque testamento

Similis filio hominis in medio candelabrorum est filius marie in similitudine carnis peccati ut xpc iam immortalis et impassibilis factus in vestitus podere i carne quam assumpserat in qua deo patri hostiam placentis obtulit precinctus ad mamillas zona aurea eo quod in ve le mala opera in nova superfluas cogitationes prohibuit per mamillas cor et cogitationes intelligitur zona aurea est spiritualis intelligentia que co[illegible]

Per. vii. lampades ardentes ante thronum. vii. dona spiritus sancti intelliguntur id est spiritus sapientie et intellectus spiritus consilii et fortitudinis spiritus scientie et pietatis et spiritus timoris domini. Quia sive lumine harum scilicet ecclesia in huius seculi tenebris constituta vite puritatis semitas ad celestem patriam gradere nullatenus potest :
mathei
liber signatus sigilli septem
fulgura tonitrua
vox aquilatis
lucas
marcus
Ascende hic et ostendam tibi que oportet fieri cito

In circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante et retro sunt predicatores. quatuor xpi
opera principalia euglizantes plena oculis ante et retro eo quod prouideant opera preterita et futura
i. mortem xpi pro nobis et iudicium pro nobis vel de preteritis malis primam agentes et de futuris se-
dno commendantes. Primum animal simile leoni i. prima predicatio docebat xpm similem leoni vel die
tercia rugitu i. deitate patris resurrexisse. Secundo loco vitulo docebat similis quia fuit hostia pro
nobis deo patri in ara crucis. Tercio credendum est eum similem homini fuisse quia non esset mortuus si carne
nostram de matre virgine non assumpsisset. Quarto animali simili aquile designatur nobis vt credamus eum qui ad nos
venit ut homo celos ascendisse ut deus. In hiis quatuor animalibus omnes ecclesie doctores significantur
propter quatuor inicia fidei nostre necessaria ad salutem omnium credenti. Eidem vero doctores qui notantur per
quatuor animalia habebant alas senas i. sex opera misericordie quibus vnusquisque fidelis sublevatur ad celum
Sic ergo dediti operibus misericordie et repleti intellectu misteriorum dei plenum erant oculis ante et retro i. prui-
dentiam perfectam habebant qualiter coram hominibus rigorem iusticie instruendo vnusquisque pro modulo sue
vite seruare et temperare debeant et tamen intus in animo suo vel coram deo irreprehensibile vite sue regulam
obseruant

Textus p sequēti

Et vidi in dextra sedentis sup tronū librū scriptū intus et foris signatū sigillis septem
Et vidi angelū fortē pdicatem voce magna Quis ē dignus apire librū et soluere
signacula eius Et nēo poterat aperire librū neq inspicere illum Et flebam multū qr nēo
inuentus est dignus apire librū nec videre illud Et vnus de senioribus dixit mihi ne fleueris
Ecce vicit leo Et ecce in medio troni et quatuor animalium et in medio seniorū
agnū stantem tanquā occisū habentem cornua septem et oculos septem q sūt septē spūs
dei missi in omnem terrā Et accepit de dextra sedentis in trono librū Et cū aperuisset librū
quatuor alia et 24 seniores ceciderunt coram agno habentes singuli phialas citaras et
phialas aureas plenas odoramentorum q sūt orōes sctorum Et cantabant canticū nouū dicē
tes dignus es dne deus accipere librū

p librū intelligitur misterium nre reparationis scriptū vis prophetice obscure et aperte ut ecce vicit
capiet Signatū septē sigillis i passionibus et tribulationibus ecclie cōbus accēdit in fidelibus
septiformis spūs Septē cornua sūt septē dona sctī
Et cū aperuisset librū i nrām redemptionem impleuisset quatuor alia i omnes pdicatores
et 24 seniores i omnes ecclie iudices ceciderunt i humiliauerunt se coram agno reddentes
ei debitas grās

Angelus fortis antiquos patres desiderantes significat
matheus
Johannes
Marcus

Et cū aperuisset sigillū scdm audiui scdm aīal dicens veni et vide et exiuit aliq equus ruffus et q sedebat sup illū datū e illi ut sumeret pacē de terra et ut inuicē se interficiat et datus e gladius magnus illi. hic ruffus e infidelitate vel sanguine predicatorum suspensus

Et cum aperuisset sigillum tertium audivi tertium animal dicens veni et vide et vidi et ecce equus niger et qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua Et audivi vocem tanquam in medio quatuor animalium dicentem Bilibris tritici denario et tres bilibres ordei denario et vinum et oleum ne leseris

Hic notatur persecutio per hereticos facta quia postquam dyabolus per apertos persecutores non proficit, immittit hereticos qui ut facilius fidelitates suas persuadeant, premittit etiam ut insessor nigri equi dyabolus est qui habet stateram in manu i. modum nocendi adeo constitutum quia non potest sedere quamquam nisi iusto dei iudicio vnde sequitur, ne leseris scilicet vltra modum, bilibres i. illos qui sunt libra i. servantes precepta in dilectione dei Et qui sunt tritici panis iocundi et refectio aliorum per suam predicationem Ideo ne leseris quia empti sunt denario i. meipso qui sum denarius, vel ideo ne leseris quia cum servent doctrinam apostolorum non servant pro terrenis sed pro denario i. ut possint recipere dei i. meipsum Et non tantum illos ne leseris, sed etiam illos qui sunt vinum i. fidem sancte trinitatis habentes et sunt bilibres ut supra, et sunt ordei i. aliorum refectio licet aspera et inculta Et etiam illos ne leseris qui sunt vinum i. ardentes in fide vel alios calefacientes et inebriantes sua predicatione Et illos ne leseris qui sunt oleum i. caritatiui

Et cum aperuisset sigillum quartum audivi vocem quarti animalis dicentis veni et vide et ecce equus pallidus Et qui sedebat super eum nomen illi mors et infernus sequebatur eum Et data est illi potestas super quatuor partes terre interficere gladio fame et morte et bestiis terre

Hic notatur persecutio ex falsis fratribus quia non proficiens dyabolus vel per apertas tribulationes vel vel per manifestas hereses, immittit falsos fratres qui sub specie religionis proferant venenum nocendi, Equus pallidus sunt falsi fratres fingentes se bonos Et insessor dyabolus quia ipse est causa totius nostre mortis quia occidit quosdam in corpore et quosdam in anima

Per bestias terre significantur principes more bestiali viventes

Sessor huius equi dominus est
Equus pro cuius est
Sessor huius equi dicitur
Infernus
Per ignem quem sessor in manu gestat furor dei designatur quo reprobi puniuntur

et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
recipiunt hij qui in pacia tribulari non recusant Et dicitur est ut requiescant adhuc modicum tempus

Pro quinti sigilli ad martires pertinet

Divinum responsum
Requiescite adhuc tempus modicum donec impleatur numerus fratrum tuorum

Stole albe animarum gloriam designanti

anime interfectorum

Usquequo domine sanctus et verus non iudicas sanguinem nostrum de hijs qui habitant infra

Celum recessit sicut liber involutus

Celi recessio veteris testamenti ad gentes est translacio

Apocalipsis sexti sigilli ad vocacionem pertinet indeorum deiectionem et gencium

terremotus

Montes cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis in throno

mutacio montium

Et vidi cum aperuisset sigillum sextum et magnus terre motus factus est et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus
et luna tota facta est sicut sanguis et stelle ceciderunt super terram sicut ficus mittens grossos suos cum a vento magno
mouetur et celum recessit sicut liber involutus et omnes montes et insule de locis suis mote sunt et reges terre
et principes et tribuni et divites et fortes et omnis seruus et liber abscondert se in speluncis et in petris
montium et dicunt montibus et petris cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis super thronum et ab
ira agni quoniam venit [illegible] ire ipsorum et quis poterit stare

fratres ē tre motus ꝛ maxima pscutio erat trenoru hom; h electos dei quia ipe
verus pl xpc illuans alios et a nullo illuatus sanctus ē niger ꝛ nullus pcedē reputab
dnambus reprobis et defectibz electis, eo q nullū signū dilectois in ꝑ admittit
suis et sic erat tam sanctus clericꝰ quam laicus eo q nullū virtē sua ostendit Clericꝰ
dr quia vir pater et seductor et dignus penitencia dicꝰ Clericus cū vestis ē penitentie
Dole aut pcor xpi obsessio ignis ad effugandum hom; luna tota ꝛ pleb eam sicut ē ꝛ fet
sicut sanguis q xpc ante sanguis martiꝝ vltimodo effudit Stellaꝝ cel ꝛ fidelis qui ꝑter
claritate pure bone dei stelle potestat cadet sup terā ꝛ ad ecclias ruinosas gilet, quas sp
ultimi seculorū impulsi quasi ante ꝑpe essent, sicut sicis mittit grossos suos ꝛ maiores fructus
quos in primo nre comitis ad nondum plenam maturitatē ab humore tre coepit ac a ventis
magno mō Et celū recessit sicut liber involutus q sūt quidam viri qui vibi dei ante spm
grebunt et misterior xpi fugiet a aspectu hom et relabit saluam sua sic liber involutus q
timentes pscutionē fugiet de ciuitate in ciuitatem, vl cedet de officijs suis Omibz ꝙ mob
ꝛ dicru sue lapsu eminentes in montibz et insule qui ꝑ stabilitatem nre sue nobis fluctibz
seculi a regere ingustare poterāt tieri, monebūr omes de locis suis q nequa decebat nequa ecclm
bone nre alacru ꝓbebat Reges eoā tre q bn reverebat tram suā et tributum dentiū ꝛ ꝑbe
dantes ꝓbitos ꝙ dantes virtutibz et fortes in ecclesiis et omib seruꝰ q timore pene
seruiunt in seruitute dm, abscondet se in speluncis, q fugiet ad montes sctos q sūt in hac
mundo et abi parabit, qd ḡcy p speluncas que fugientes recipit et ad petras montiū ꝛ ad
arenas sctoꝝ que fortes sūt q drabolum sic petra montiū, vel abscondet se in speluncis
ꝛ in vineartibz x, ponet omem spem suā, que vinearia sūt pter montiū fortitudines sctoꝝ
et in illa ꝑantet fugā deceto crabe motibz ꝛ scis angelis et petris ꝛ apostolis ut veritas
crabite sup nos ꝛ nos sīt cognitate q essemus et fides vra sum magna affectione cordis et
devotōe, deoq; gdefendat nr ordo mie et pcatis miseras nras ꝑpetuet et absoluat
nos, muentes vnuquoq; eoꝝ bis, ne tale qd admittā mentes vtas mandis pres
sutas, vnde postmodū opteat nos time a facie sedentis sup tronum ꝛ a pena dei patris
cui venturi ad iudicū et ab ira agni sily dei qui ira in nos iusta erat si hec trabula
nob necessaria, nra e enim ut ꝑsidio nobis esse studeatis q venit et ut instat dies ma
gnus ire ipsoꝝ ꝛ dies iudicij quā deꝰ ꝑ iudicat in filios malos videl vrat

Vel accipia montes in malo decedi, montes ꝛ elati in superbia et insule ꝛ agitati negocijs secularibz
recedet a fide et bonis operibus

Post hec vidi quatuor angelos stantes sup quatuor angulos tre tenentes ventos
ventos tre ne flarent neq; sup terram neq; sup vllam arborem Et vidi alterum
angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei vni Et clamauit voce
magna quatuor angelis q̄bus datū ē nocē tre et mari dicēs Nolite nocē tre et
mari neq; arboribus quoadusq; signem⁹ seruos dei in frontib⁹ eor Et audiui numer⁹
signator centu xlim milia

Quatuor angeli sunt malignis spūb⁹ ministrantes quatuor principalia mundi
plagas ut ostendam mirabilem mundi huius quatuor sunt quia eos ab⁹ nocē habet in qua
tuor partib⁹ mundi Venti sunt procellose quia sicut venti excitant nubes et rumpit terram
et fiunt fructuosiores et fruges tre hylarem faciūt sic predicatores homines
vel alii Quatuor angeli sunt reges quatuor sūt caldeorū assirioꝝ grecoꝝ ac romanoꝝ
Quattuor sup angulos tre tenentes i astringentes et prohibentes quatuor ventos terre
i predicatores eisdem sacre eloquentie et virtutib⁹ q signifie p quatuor ventos terre
i pdō sup terram i sup eos q habitant in tra neq; sup mare i sup eos q habitant in
insulis neq; sup vllam arborem i sup aliquē vi qui iam excedēs eternitatem
aliquib⁹ fuerint in dogmate dei fructificātis in bona opāe Et congruē pmissa pfecē
anis subiungit hos quatuor reges qui multa meruerūt electis dei ut sicut videmus
regnū ipōr esse finitū ita non dubitem⁹ regnū aīe ee ad⁹ finiendum
Et vidi alterū an Ubi confortat suos ne desiant p hoc q sui auxilio sicut admo qui
pfuisse pt diabolū et suos ne nocē possit Et huc angelū ē de quo scptū ē vocabit
nomen eius magni consilij angelū qui ab ortu solis dicit i a patre nrō verus sol
exortus est Ortus habuit signū dei vni i dubitatem in carne cum possem signū dei ha
buit q fuit ea que dei sūt Angelus ergo talis voce magna clamat i omnipotēt
sua docent quatuor angelis predicti sūt ignis quibus datū ē nocē alīb⁹ qui in tra habitat
et in mīs mari i allab qui se amaricabunt in hoc modo ḡm̄ne i nolite nocē ꝛc

Post hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat stantes ante
thronum in conspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eor
Ne ereant fideles magnidine ebloniu ad ydolatriam addit plenitudinem gaudiorum
celestiū d. Stantes an throni amicti erant stolis albis corpe cū et anīa immortali
tatem induerāt et impassibilitatez et ideo palme i victorie d diabli i in hoc modo
erant in manibus i in operatōe eor Tali modo indut clamabit voce magna i
orabāt et testabātur coram deo magno desiderio qd in deū habāt Dabq; qua nre
primo a deo nō nisi attendē ē p deo sātor⁹ om

Et ecce vnus de seniorib⁹ dicit mihi hy qui amicti sūt stolis albis qui sūt et
unde venerūt Et dixi illi dne tu scis Et dixit mihi hy sūt qui venerūt de magna
tribulatōe et lauerūt stolas suas et dealbauerūt eas in sanguine agni Ideo sūt
ante thronū dei et seruiunt ei die ac nocte in templo eius Et qui sedet in tho
habitat sup illos Non esurient neq; sitient amplius ꝛ

Per terram et mare omnes gentes p abe arbore aute principes gentiu significantur
Hic angelus significat xpm:
Vidi quatuor angelos stantes sup quatuor angulos terre et tenentes quatuor ventos ne flaret sup terram neqz sup mare neqz sup ulla arborem hij quatuor angeli dyaboli sunt quatuor regna scilicet caldeoz assiriorz grecorz romanorz tenentes quatuor ventos .i. predicatores ne flarent verbu dei
orbis terre
mare
Noli nocere terre et mari neqz arboribus quo ad usqz signemus
servos dei nostri in frontibus eorum:
ne flaret verbu trinitatis et unitatis instantibus in terra i mari neqz in arbore contemplat
Unus de senioribus doctores ecclesie designat
Dne tu scis
Hij qui amicti sunt stolis albis qui sunt et unde venerunt
Hij sunt qui venerunt ex magna tribulacione et laverunt stolas suas in sanguine agni
Benedictio et claritas et graciarum actio honor et virtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum amen:
iohes
matheus
lucas
marcus
Salus deo nro qui sedet sup thronu et agno

Et

Septem angeli sut p̃dicatores hȳ scil̃ septiformem spm̃ illuminat̃ statues pat. ad suū effectū
sanctitat̃ m̃ conspectu dei i. hūiliato deo ut q̃ ibi deū p̃ bona opa conspiciat et deū illos
Et date sut ill̃ septem tube i. annūsiat̃ est illis officiū p̃dicatoris Tube sut̃ p̃dicationes
que nos matre ad spūales pugnas. Ad silendū me signū illis vbi filij ysrl̃ cessāt tube sanctes
p̃struūt muros Iericho Et unde sint tube illis date. accipe a filio dei
Et alius angelus. xp̃c venit m̃ hūd mūdi m̃ carnatus et sicut q̃ nesciū m̃ originali pcto
nesciū m̃ actuali occidit. ante altare i. ad defensionē ecclie que ē altare ōm̃ ihūs thūribulū
aureū i. humanitatem corpis sui. in quo sut omes thesauri sapie et sc̃ie omes angeli septē
i. vīsi p̃dicatores voluitat. donec altēte sermones audierit ab illo septē tubas i. mellegera
scripturas. p hoc at̃ horā. et amat eos qui sut m̃ ecclia ut patrē. ebulatos fusemeat
alios cū sicut ex eorū et pcedūt.
Et alia p nobis m̃carnato data sut incēsa multa i. vota fidelū ugne sc̃i incēsa. oblata
sut ei vt ipse qui sut quid nobis expedat. det. i. gmēdaret deo pcē de oīb̃ scelerib̃
ōm̃ sup altare aureū i. sup septē q̃ altare q̃ i offert vota nīa et speciat oblatū
ē m̃ ara crucis. Quod altare i. xp̃c. ē ad tronū i. m̃ presia dei pcib̃. ut ad defensionē
eccie q̃ ē tronus dei Et p eū mediatorē dei et hoīm assūdat sum̃. i. lacrimosa gemēcia
orta de oculis scōr̃ ugm̃ scilicet̃ meroris de manu angeli. i. de opīe. q̃ quia ei m̃
carnato ea sut̃ quare nīa oīa accepta sit. ascēdo. Et ipe pcib̃ assumpsit humanitatem
et impleuit illā de igne altaris. i. de scōr̃ que ē ugm̃ eccie. meritis ea ad vitā et
gloriā mea vera. q̃ ipe ad mensurā plenitudinis sc̃i nō sut sed alij sanctī Et
eudem ignē quē ipse accepit misit in terrā. s. apl̃os. i. alios fidelū qui p̃ erat
terrem. q̃ gram̃ sibi dedit Et ab ipso bene deo scio et mt̃ bonis gaudēte sanctā
sut tonitrua. i. tribulatōes p̃dicatōr̃ etiā pena reprobis gminatōes et voces. i. exhortatōes
hominū ad fidem motiones et fulgura. i. signa et miracula Et pqa p eos p̃dicatum. sactus
est tremor. i. tremēdi motus sut ad eū psequēdū sicut audiri non debēs et pleni
Et ad eum ei septem angeli qui sūt septem tubas. i. omēs p̃dicatores quibus cō
missa erat p̃dicatio tremb̃ infidelib̃. et amas fidelē paucit̃ se. i. paucos se p bñ
opa. ad p̃dicatum sanctā exhibuerit. adhuc ut tuba rancāt et ut alios fidelū ad spi
tualem pugnā maturet.

et septem angeli qui habebāt septē tubas ꝓparauerūt se ut tubā canerēt Et
primus angelus tubā cecinit et facta est grādo et ignis mixta in sanguine et missa
est in terrā et tertia pꝑs terre ambusta est et tertia pꝑs arborū combusta est et
omne fenum viride combustum est
Secūdus tuba cecinit et quasi montē magnū igne ardentē missum
de celo in mare et facta est tertia pꝑs maris sanguis et mortua est tertia pꝑs
creaturarum que habebāt animas in mari et tertia pꝑs nauium interiit
Tertius tuba cecinit et cecidit de celo stella magna ardens tanq̄ facula et cecidit
in tertiam partem fluminum et in fontes aquarum et nomen stelle dicitur absinthius
et facta est tertia pꝑs aquarum in absinthium et multi hominum mortui sunt de aquis quia
amare facte sunt
Quartus tuba cecinit et percussa est tertia pꝑs solis et tertia pars lune et tertia pꝑs
stellarum ut obscuraretur tertia pars eorum et non lucerent diei per tertiam partem
et nox similiter
Et vidi et audiui vnum angelum volantem per medium celum dicentem voce magna
Ve ve ve habitantibus in terra de ceteris vocibus tube trium angelorum qui
classicum canturi erant

de sexto statu ecclie qui est iusto tempore

Et sextus angelus tuba cecinit et audiui vocem vnam de quatuor cornibus altaris
aurei quod est coram deo dicentem sexto angelo qui habebat tubam Solue quatuor
angelos qui alligati sunt super flumen magnum Euphraten Et soluti sunt quatuor
angeli qui parati erant in horam et diem et mensem et annum ut occiderent tertiam
partem hominum Et numerus exercitus equitum duo milia milium erat numerus eorum
Et sic vidi equos in visione et eos qui sedebant super eos habentes loricas ignitas
et hyacinthinas et sulphureas et capita equorum quasi capita leonum et de ore eorum
procedit ignis et fumus et sulphur Et a tribus istis plagis occisa est tertia pars
hominum de igne et fumo et sulphure qui procedebant de ore eorum Potestas enim
equorum in ore eorum est et in caudis eorum serpentes habentes capita et in his nocent
Et reliqui hominum qui non occisi sunt in his plagis neque penitentiam egerunt
ab operibus manuum suarum ut non adorent demonia et simulacra aurea et argentea
et erea et lapidea et ligna que neque videre neque audire neque ambulare possunt
Et non egerunt penitentiam ab homicidiis suis neque a veneficiis suis neque a fornicatione
sua neque a furtis suis
Et vidi alterum angelum fortem descendentem de celo amictum nube et iris in capite
eius et facies eius ut sol et pedes eius sicut columpne ignis Et dextram suam posuit
in mari sinistram autem in terra Et clamauit voce magna sicut rugit leo cum rugierit
Et cum clamasset locuti sunt septem tonitrua voces suas Et cum locuta fuissent septem
tonitrua voces suas scribere volebam et audiui vocem de celo dicentem mihi Signa
quae locuta sunt septem tonitrua et ne scribas Et angelum quem vidi stantem super
mare et super terram leuauit manum suam dexteram in celum et iurauit per viuentem
in secula seculorum qui creauit celum et ea que in illo sunt terram et ea que in illa
sunt et mare et ea que in eo sunt quia tempus amplius non erit sed in diebus vocis
septimi angeli cum cepit tuba canere consummabitur mysterium dei sicut euangelizauit
per seruos suos prophetas
Et vox quam audiui de celo iterum loquentem mecum et dicentem Vade et accipe
librum apertum de manu angeli stantis super mare et super terram Et abii ad angelum
dicens illi ut daret mihi librum Et dicit mihi Accipe et deuora illum et faciet amaricari
ventrem tuum sed in ore tuo erit dulce sicut mel Et accepi librum de manu angeli
et deuorauit illum et erat in ore meo sicut mel dulce et cum comedissem amaricatum
est ventre meum Et dicit mihi Oportet te iterum prophetare populis et gentibus
et linguis et regibus multis
Et data est mihi arundo similis virge dicentibus mihi Surge et mensura templum
dei et altare et adorantes in eo Et atrium quod est foris templum ejice foras et ne
mensureris illud quia datum est gentibus et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus
quadraginta duobus Et dabo duobus testibus meis et prophetabunt diebus mille
ducentis sexaginta amicti saccis Hi sunt duo olee et duo candelabra que coram deo
terre stant Et si quis eos voluerit nocere ignis exibit de ore eorum et deuorabit
inimicos eorum et si quis voluerit eos nocere sic oportet eum occidi Hi habent potestatem
claudere celum ut non pluat pluuia diebus prophetie illorum et potestatem habent
super aquas conuertendi eas in sanguinem et percutere terram omni plaga quotiens
voluerint
Et cum finierint testimonium suum bestia que ascendit de abysso faciet bellum
cum illis et vincet illos et occidet eos Et corpora eorum in platea ciuitatis magne
que vocatur spiritualiter Sodoma et Egiptus ubi et dominus eorum crucifixus est
Et videbunt de populis et tribubus et linguis et gentibus corpora eorum tribus diebus
et dimidio et corpora eorum non dimittent ponere in monumentis Et habitantes
super terram gaudebunt super eis et letabuntur et munera mittent alter alteri quia
duo prophete isti cruciauerunt habitantes super terram Et post tres dies et dimidium
spiritus vite a deo intrauit in eos et steterunt super pedes suos et timor magnus
cecidit super eos qui videbant eos Et audierunt vocem magnam de celo dicentem
eis Ascendite huc et ascenderunt in celum in nube et viderunt illos inimici eorum
Et in hora illa terremotus factus est magnus et decima pars ciuitatis cecidit et
occisa sunt in terremotu nomina hominum septem milia et reliqui in timore dederunt
gloriam deo celi
Et secundum ve abiit et ecce ve tertium uenit cito
Et septimus angelus tuba cecinit et facte sunt voces magne in celo dicentes
Regnum huius mundi factum est domini nostri et christi eius et regnabit in secula
seculorum Et vicesimi quatuor seniores qui in conspectu dei sedent in sedibus suis
ceciderunt in facies suas et adorauerunt deum dicentes
Confitemur tibi domine deus omnipotens qui es et qui eras et qui venturus es
quia accepisti virtutem tuam magnam et regnasti et irate sunt gentes et venit ira
tua et tempus mortuorum iudicari et reddere mercedem seruis tuis prophetis et
sanctis et timentibus nomen tuum pusillis et magnis et interficere eos qui corrumpunt
terram
Et apertum est templum dei in celo et visa est arca testamenti eius in templo eius
et facte sunt fulgura et voces et terremotus et grando magna
Et signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole et luna sub pedibus eius
et in capite eius corona stellarum duodecim Et in utero habens et clamat parturiens
et cruciatur ut pariat
Et alius signum apparuit in celo et ecce draco magnus rufus habens capita septem
et cornua decem et in capitibus suis septem diademata Et cauda eius trahebat tertiam
partem stellarum celi et misit eas in terram et draco stetit ante mulierem que erat
paritura ut cum peperisset filium eius deuoraret Et peperit filium masculum qui
recturus erat omnes gentes in virga ferrea et raptus est filius eius ad deum et ad
thronum eius et mulier fugit in desertum ubi habet locum paratum a deo ut ibi pascant
eam diebus mille ducentis sexaginta
Et facta est pugna magna in celo Michael et angeli eius preliabantur cum dracone
et draco pugnabat et angeli eius et non valuerunt neque locus inuentus est eorum
amplius in celo Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus qui vocatur
diabolus et satanas qui seducit vniuersum orbem proiectus est in terram et angeli
eius cum illo missi sunt
Et audiui vocem magnam in celo dicentem Nunc facta est salus et virtus et regnum
deo nostro et potestas christi eius quia proiectus est accusator fratrum nostrorum
qui accusabat illos coram deo nostro die ac nocte Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem
agni et propter verbum testimonii sui et non dilexerunt animas suas usque ad mortem
Propter hoc letamini celi et qui habitatis in eis Ve habitantibus terram et mare
quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam sciens quia modicum tempus
habet
Et cum vidisset draco quia proiectus est in terram persecutus est mulierem que
peperit masculum Et dati sunt mulieri due alie ale aquile magne ut volaret in desertum
in locum suum ubi nutritur tempus et tempora et dimidium temporis a facie serpentis
Et emisit serpens post mulierem de ore suo aquam tanquam flumen ut eam faceret
trahi a flumine Et adiuuit terra mulierem et aperuit terra os suum et absorbuit
flumen quod misit draco de ore suo Et iratus est draco in mulierem et abiit facere
prelium cum reliquis de semine eius qui custodiunt mandata dei et habent testimonium
ihesu christi
Et stetit super arenam maris et vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita
septem et cornua decem et in cornibus eius decem diademata et in capitibus eius
nomina blasphemie Et bestia quam vidi erat similis pardo et pedes eius sicut ursi
et os eius sicut os leonis Et dedit illi draco virtutem suam et thronum suum et
potestatem magnam Et vnum de capitibus eius quasi occisum in mortem et plaga
mortis eius curata est Et admirata est vniuersa terra post bestiam et adorauerunt
dracone qui dedit potestatem bestie et adorauerunt bestiam dicentes Quis similis
bestie huic et quis poterit pugnare cum ea Et data est ei bocca loquens grandia
et blasphemias et data est ei potestas facere menses quadraginta duos Et aperuit
os suum in blasphemias ad deum blasphemare nomen eius et tabernaculum eius et
eos qui in celo habitant Et datum est illi bellum facere cum sanctis et vincere illos
et data est illi potestas in omnem tribum et populum et linguam et gentem Et adorauerunt
eum omnes habitantes terram quorum non sunt scripta nomina in libro vite agni
qui occisus est ab origine mundi
Si quis habet aurem audiat Si quis in captiuitatem ducit in captiuitatem vadit
Si quis gladio occiderit oportet eum gladio occidi Hic est patientia et fides sanctorum
Et vidi alterum bestiam ascendentem de terra et habebat cornua duo similia agni
et loquebatur sicut draco et potestatem prioris bestie omnem faciebat in conspectu
eius et faciebat terram et habitantes in ea adorare bestiam primam cuius curata
est plaga mortis eius Et fecit signa magna ut et ignem faciat descendere de celo
in terram coram hominibus Et seducit habitantes terram propter signa que data sunt
illi facere coram bestia dicens habitantibus terram ut faciant imaginem bestie que
habet plagam gladii et vixit Et datum est illi dare spiritum imagini bestie et loquatur
imago bestie et faciat quicumque non adorauerit imaginem bestie occidatur Et faciet
omnes pusillos et magnos et divites et pauperes et liberos et seruos habere caracterem
in dextera manu eorum aut in frontibus eorum Et ne quis possit emere aut vendere
nisi qui habet caracterem aut nomen bestie aut numerum nominis eius Hic sapientia
est Qui habet intellectum computet numerum bestie Numerus enim hominis est et
numerus eius sexcenti sexaginta sex
Et ecce agnus stabat super montem Sion et cum eo centum quadraginta quatuor
milia habentes nomen patris eius scriptum in frontibus suis Et audiui vocem de celo
tanquam vocem aquarum multarum et tanquam vocem tonitrui magni et vox quam audiui
sicut citharedorum citharizantium in citharis suis Et cantabant quasi canticum
nouum ante sedem et coram quatuor animalibus et seniores et nemo poterat dicere
canticum nisi centum quadraginta quatuor milia qui empti sunt de terra Hi sunt
qui cum mulieribus non sunt coinquinati virgines enim sunt Hi sequuntur agnum
quocumque ierit Hi empti sunt ex hominibus primitie deo et agno et in ore eorum
non est inuentum mendacium sine macula enim sunt ante thronum dei
Et vidi alterum angelum volantem per medium celum habentem euangelium eternum
ut euangelizet sedentibus super terram et super omnem gentem et tribum et linguam
et populum dicens voce magna Timete deum et date illi honorem quia venit hora
iudicii eius et adorate eum qui fecit celum et terram et mare et fontes aquarum
Et alius angelus secutus est dicens Cecidit cecidit babilon illa magna que de vino
ire fornicationis sue potum dedit omnibus gentibus
Et tertius angelus secutus est illos dicens voce magna Si quis adorauerit bestiam
et imaginem eius et acceperit caracterem in fronte sua aut in manu sua bibet de
vino ire dei qui mixtus est merum in calice ire ipsius et cruciabitur igne et sulphure
coram angelis sanctis et ante conspectum agni Et fumus tormentorum eorum ascendit
in secula seculorum Et non habent requiem die ac nocte qui adorauerunt bestiam
et imaginem eius et si quis acceperit caracterem nominis eius Hic patientia sanctorum
est qui custodiunt mandata dei et fidem ihesu
Et audiui vocem de celo dicentem mihi Scribe Beati mortui qui in domino moriuntur
amodo Dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis opera enim illorum sequuntur
illos
Et vidi et ecce nubes candida et super nubem sedentem similem filio hominis habentem
in capite suo coronam auream et in manu sua falcem acutam Et alius angelus exiuit
de templo clamans voce magna ad sedentem super nubem Mitte falcem tuam et mete
quia venit hora tibi metere quia aruit messis terre Et misit qui sedebat super nubem
falcem suam in terram et messa est terra
Et alius angelus exiuit de templo qui in celo est habens et ipse falcem acutam
Et alius angelus exiuit de altari qui habet potestatem super ignem et clamauit voce
magna ad eum qui habebat falcem acutam dicens Mitte falcem tuam acutam et vindemia
botros de vinea terre quia maturauerunt vue eius Et misit angelus falcem suam in
terram et vindemiauit vineam terre et misit in lacum ire dei magnum Et calcatus
est lacus extra ciuitatem et exiuit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per
stadia mille sexcenta
Et vidi alterum signum in celo magnum et mirabile septem angelos habentes plagas
septem nouissimas quia in ipsis consummata est ira dei
Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne et eos qui victores fuerunt bestie et
imagini eius et numero nominis eius stantes super mare vitreum habentes citharas
dei et cantantes canticum moysi serui dei et canticum agni dicentes
Magna et mirabilia opera tua domine deus omnipotens iuste et vere vie tue rex
seculorum Quis non timebit te domine et magnificabit nomen tuum quia solus pius
quia omnes gentes venient et adorabunt in conspectu tuo quia iudicia tua manifestata
sunt
Et post hec vidi et apertum est templum tabernaculi testimonii in celo Et exierunt
septem angeli habentes septem plagas de templo vestiti lapide mundo et candido
et precincti circa pectora zonis aureis Et vnum de quatuor animalibus dedit septem
angelis septem fialas aureas plenas ire dei viuentis in secula seculorum Et impletum
est templum fumo de maiestate dei et de virtute eius et nemo poterat introire templum
donec consummarentur septem plage septem angelorum
Et audiui vocem magnam de templo dicentem septem angelis Ite et effundite septem
fialas ire dei in terram
Et abierunt et effudit primus fialam suam in terram et facta est plaga mala et
pessima in homines qui habebant caracterem bestie et qui adorabant imaginem eius
Et secundus effudit fialam suam in mare et facta est sanguis tanquam mortui et
omnis anima viuens mortua est in mari
Et tertius effudit fialam suam in flumina et fontes aquarum et facti sunt sanguis
Et audiui angelum aquarum dicentem Iustus es domine qui es et qui eras sancte
quia hec iudicasti quia sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt et sanguinem
dedisti illis bibere digni enim sunt Et audiui alterum de altari dicentem Etiam
domine deus omnipotens vera et iusta iudicia tua
Et quartus effudit fialam suam in solem et datum est illi estuare homines igne
Et estuauerunt homines estu magno et blasphemauerunt nomen dei habentis potestatem
super plagas istas et non egerunt penitentiam ut darent illi honorem
Et quintus effudit fialam suam in sedem bestie et facta est regnum eius tenebrosum
et conprimebant linguas suas pre dolore Et blasphemauerunt deum celi ex doloribus
suis et ex vulneribus suis et non egerunt penitentiam ex operibus suis
Et sextus effudit fialam suam in flumen magnum Euphraten et exsiccata est aqua
eius ut parentur vie regibus qui ab ortu solis sunt Et vidi de ore draconis et de
ore bestie et de ore pseudoprophete tres spiritus immundos similes ranis Sunt enim
spiritus demoniorum facientes signa et procedunt ad reges terre et vniuersi orbis
congregare illos in prelium ad diem magnum omnipotentis dei
Ecce venio sicut fur beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet
et videant turpitudinem eius Et congregauit illos in locum qui vocatur hebraice
Armagedon
Et septimus effudit fialam suam in aerem et exiuit vox magna de templo a sede
regali dicens Factum est Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua et terremotus
magnus qualis non fuit ex quo homines fuerunt super terram tantus terremotus sic
magnus Et facta est ciuitas magna in tres partes et ciuitates gentium ceciderunt
et babilon magna venit in memoriam ante deum ut det illi calicem vini indignationis
ire eius Et omnis insula fugit et montes non sunt inuenti Et grando magna tanquam
talentum descendit de celo in homines et blasphemauerunt homines deum de plaga
grandinis quia magna facta est nimis
Et venit vnus de septem angelis qui habebant fialas et locutus est mecum dicens
Veni ostendam tibi damnationem meretricis magne que sedet super aquas multas
cum qua fornicati sunt reges terre et inebriati sunt habitantes terram de vino prostitutionis
eius Et abiit in spiritu in desertum et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam
plenam nominibus blasphemie habentem capita septem et cornua decem Et mulier
erat circumdata purpura et coccino et inaurata auro et lapide pretioso et margaritis
habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione et immunditia fornicationis
eius Et in fronte eius nomen scriptum misterium babilon magna mater fornicationum
et abominationum terre Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum et de sanguine
martirum ihesu Et mirabar cum vidissem illam admiratione magna Et dixit mihi
angelus Quare mirabaris ego dicam tibi misterium mulieris et bestie que portat eam
que habet capita septem et cornua decem Bestia quam vidisti fuit et non est et ascensura
est de abysso et in interitum vadit Et mirabuntur habitantes terram quorum non
sunt scripta nomina in libro vite a constitutione mundi videntes bestiam quia fuit
et non est et erit Hic sensus est qui habet sapientiam Septem capita septem montes
sunt super quos mulier sedet et reges septem sunt Quinque ceciderunt unus est et
alius nondum venit et cum venerit oportet illum breue tempus manere Et bestia que
erat et non est et ipsa octauus est et de septem est et in interitum vadit Et decem
cornua que vidisti decem reges sunt qui regnum nondum acceperunt sed potestatem
tanquam reges una accipient Hi vnum consilium habent et virtutem et potestatem
suam bestie tradent Hi cum agno pugnabunt et agnus vincet illos quia dominus dominorum
est et rex regum et qui cum illo sunt vocati et electi et fideles
Et dicit mihi Aquas quas vidisti ubi meretrix sedet populi sunt et gentes et linguae
Et decem cornua que vidisti et bestia hi odient fornicariam et desolatam facient
illam et nudam et carnes eius manducabunt et ipsam igni comburent Deus enim dedit
in cordibus eorum facere voluntatem eius et facere unum consilium et dare regnum
suum bestie donec consummentur verba dei Et mulier quam vidisti est ciuitas magna
que habet regnum super reges terre
Et post hec vidi alterum angelum descendentem de celo magnam potestatem habentem
et terra illuminata est a gloria eius Et clamauit in fortitudine dicens Cecidit cecidit
babilon magna et facta est habitatio demoniorum et custodia omnis spiritus immundi
et custodia omnis volucris immundi et odibilis quia de vino ire fornicationis eius
potauerunt omnes gentes et reges terre cum ea fornicati sunt et mercatores terre
de virtute deliciarum eius diuites facti sunt
Et audiui alterum de celo dicentem Exite populus meus de ea ne participes sitis
delictorum eius et de plagis eius non accipiatis Quoniam peruenerunt peccata eius
usque ad celum et recordatus est deus iniquitatum eius Reddite illi sicut et ipsa
reddidit vobis et duplicate duplicia secundum opera eius in calice quo miscuit miscete
illi duplum Quantum glorificauit se et in deliciis fuit tantum date illi tormentum
et luctum Quia in corde suo dicit Sedeo regina non sum et vidua non sum et luctum
non videbo Propterea in vna die venient mortes et luctus et fames et igne comburetur
quia fortis est deus qui iudicabit illam
Et flebunt et plangent se super illam reges terre qui cum ea fornicati sunt et in
deliciis vixerunt quando videbunt fumum incendii eius Longe stantes propter timorem
tormentorum eius dicentes Ve ve ciuitas illa magna babilon ciuitas illa fortis quia
una hora venit iudicium tuum Et negotiatores terre flebunt et lugebunt super illam
quia merces eorum nemo emet amplius merces auri et argenti et lapidis pretiosi et
margaritarum et byssi et purpure et sirici et cocci et omne lignum thyinum et omne
vas ebureum et omne vas de ligno pretiosissimo et de aere et ferro et marmore et
cinamomum et odoramentum et vnguentum et thus et vinum et oleum et similam et
triticum et iumenta et oues et equorum et rhedarum et mancipia et animas hominum
Et poma desiderii animae tue discesserunt a te et omnia pinguia et insignia perierunt
a te et amplius non inuenient ea Mercatores horum qui divites facti sunt ab ea
longe stabunt propter timorem tormentorum eius flentes et lugentes et dicentes Ve
ve ciuitas illa magna que amicta erat bysso et purpura et cocco et inaurata erat
auro et lapide pretioso et margaritis quia una hora diuitie tante deuastate sunt
Et omnis gubernator et omnis qui in locis navigat et nautae et quotquot in mari
operantur longe stetit et clamauerunt videntes locum incendii eius dicentes Quae
similis ciuitati huic magnae Et miserunt pulueres in capita sua et clamauerunt flentes
et lugentes et dicentes Ve ve ciuitas illa magna in qua locupletati sunt omnes qui
habebant naues in mari de pretiis eius una hora deuastata est
Exulta super eam celum et sancti et apostoli et prophete quia iudicauit deus iudicium
vestrum de illa
Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum et misit in mare
dicens Hoc impetu mittetur babilon illa magna ciuitas et amplius non inuenietur
Et vox citharedorum et musicorum et tibicinum et tubicinum non audietur in te amplius
et omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius et vox molendini non audietur
in te amplius et lumen lucerne non luceat in te amplius et vox sponsi et sponse non
audietur in te amplius quia mercatores tui erant principes terre quia in veneficiis
tuis errauerunt omnes gentes et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inuentus
est et omnium qui occisi sunt in terra
Post hec audiui quasi vocem turbarum multarum in celo dicentium Alleluia Salus
et gloria et virtus deo nostro quia vera et iusta iudicia eius quia iudicauit de meretrice
magna que corrupit terram in fornicatione sua et vindicauit sanguinem seruorum
suorum de manu eius Et iterum dixerunt Alleluia Et fumus eius ascendit in secula
seculorum
Et ceciderunt quatuor seniores et quatuor animalia et adorauerunt deum sedentem
super thronum dicentes Amen Alleluia
Et vox de throno exiuit dicens Laudate deum nostrum omnes serui eius et qui timetis
eum pusilli et magni
Et audiui quasi vocem turbe magne et quasi vocem aquarum multarum et quasi vocem
tonitruorum validorum dicentium Alleluia quia regnauit dominus deus noster omnipotens
Gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei quia venerunt nuptie agni et uxor eius
preparauit se Et datum est illi ut cooperiat se bysso splendenti candida Byssus enim
iustificationes sanctorum sunt
Et dicit mihi Scribe Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt Et dicit mihi
Hi sermones veri dei sunt
Et cecidi ante pedes eius ut adorarem eum Et dicit mihi Vide ne feceris conseruus
tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium ihesu deum adora Testimonium
enim ihesu est spiritus prophetie
Et vidi celum apertum et ecce equus albus et qui sedebat super illum vocabatur
fidelis et verax et cum iustitia iudicat et pugnat Et oculi eius sicut flamma ignis
et in capite eius diademata multa habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse
Et vestitus erat veste aspersa sanguine et vocatur nomen eius verbum dei Et exercitus
qui in celo sunt sequebantur eum in equis albis vestiti bysso candida et munda
Et de ore eius exiuit gladius ancipiter ut in ipso percutiat gentes et ipse reget
eas in virga ferrea et ipse calcat torcular vini furoris et ire omnipotentis dei
Et habet in vestimento et in femore suo scriptum nomen Rex regum et dominus dominantium
Et vidi vnum angelum stantem in sole et clamauit voce magna dicens omnibus auibus
que volabant per medium celum Venite congregamini ad cenam magnam dei ut manducetis
carnes regum et carnes tribunorum et carnes fortium et carnes equorum et sedentium
in eis et carnes omnium liberorum et seruorum et pusillorum et magnorum
Et vidi bestiam et reges terre et exercitus eorum congregatos facere prelium cum
illo qui sedebat super equum et cum exercitu eius Et apprehensa est bestia et cum
illa pseudoprophetes qui fecit signa coram ipsa quibus seduxit eos qui acceperunt
caracterem bestie et qui adorauerunt imaginem eius Viui missi sunt hi duo in stagnum
ignis ardentis sulphure Et reliqui occisi sunt in gladio sedentis super equum qui
procedit de ore eius et omnes aues saturate sunt carnibus eorum
Et vidi angelum descendentem de celo habentem clauem abyssi et catenam magnam
in manu sua Et tenuit draconem serpentem antiquum qui est diabolus et satanas et
ligauit eum per annos mille Et misit eum in abyssum et clausit et signauit super
illum ut non seducat amplius gentes donec consummentur mille anni Et post hec oportet
illum solui modico tempore
Et vidi sedes et sederunt super eas et iudicium datum est illis et animas decollatorum
propter testimonium ihesu et propter verbum dei et qui non adorauerunt bestiam
neque imaginem eius nec acceperunt caracterem in fronte sua et in manu sua et vixerunt
et regnauerunt cum christo mille annis Ceteri mortuorum non reuixerunt donec consummentur
mille anni Hec est resurrectio prima Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione
prima in hiis secunda mors non habet potestatem sed erunt sacerdotes dei et christi
et regnabunt cum eo mille annis
Et cum consummati fuerint mille anni soluetur satanas de carcere suo et exibit
et seducet gentes que sunt super quatuor angulos terre Gog et Magog et congregabit
eos in prelium quorum numerus est sicut arena maris Et ascenderunt super latitudinem
terre et circumdederunt castra sanctorum et dilectam ciuitatem et descendit ignis
de celo a deo et deuorauit eos Et diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum
ignis et sulphuris ubi et bestia et pseudoprophetes et cruciabuntur die ac nocte in
secula seculorum
Et vidi thronum magnum candidum et sedentem super eum a cuius conspectu fugit
terra et celum et locus non inuentus est eis
Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni et libri aperti sunt
et alius liber apertus est qui est vite et iudicati sunt mortui ex his que scripta
erant in libris secundum opera ipsorum
Et dedit mare mortuos qui in eo erant et mors et infernus dederunt mortuos qui
in ipsis erant et iudicati sunt unusquisque secundum opera sua
Et mors et infernus missi sunt in stagnum ignis Hec est mors secunda
Et si quis non inuentus est scriptus in libro vite missus est in stagnum ignis
Et vidi celum nouum et terram nouam Primum enim celum et prima terra abiit et
mare iam non est
Et ciuitatem sanctam hierusalem nouam vidi descendentem de celo a deo paratam
sicut sponsam ornatam viro suo Et audiui vocem magnam de throno dicentem Ecce
tabernaculum dei cum hominibus et habitabit cum eis et ipsi populus eius erunt et
ipse deus cum eis erit eorum deus Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum
et mors ultra non erit neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra quia prima
abierunt
Et dixit qui sedebat in throno Ecce nouo facio omnia Et dicit mihi Scribe quia
hec verba fidelissima sunt et vera Et dixit mihi Factum est ego sum alpha et omega
principium et finis Ego sitienti dabo de fonte aquae vitae gratis Qui vicerit possidebit
omnia et ero illi deus et ipse erit mihi filius
Timidis autem et incredulis et execratis et homicidis et fornicariis et veneficis
et idolis et omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure
quod est mors secunda
Et venit vnus de septem angelis qui habebant fialas plenas novissimis septem plagis
et locutus est mecum dicens Veni ostendam tibi sponsam uxorem agni Et abiit me
in spiritu in montem magnum et altum et ostendit mihi ciuitatem sanctam hierusalem
descendentem de celo a deo habentem claritatem dei et lumen eius simile lapidi pretioso
tanquam lapidi iaspidis sicut cristallum
Et habebat murum magnum et altum habentem portas duodecim et in portis angelos
duodecim et nomina inscripta que sunt nomina duodecim tribuum filiorum israel
Ab oriente portae tres et ab aquilone portae tres et a meridie portae tres et ab
occidente portae tres
Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim et in ipsis duodecim nomina duodecim
apostolorum agni
Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundinem auream ut metiretur ciuitatem
et portas eius et murum eius
Et ciuitas in quadro posita est et longitudo eius tanta est quanta et latitudo
Et mensus est ciuitatem de harundine per stadia duodecim milia et longitudo et
altitudo et latitudo eius equalia sunt
Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum mensuram hominis
quod est angeli
Et erat structura muri eius lapidis iaspidis et ciuitas aurum mundum simile vitro
mundo
Fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata Fundamentum primum iaspis
secundum saphirus tertium calcedonius quartum smaragdus
Quintum sardonix sextum sardius septimum crisolitus octauum berillus nonum topazius
decimum crisoprasus undecimum iacinctus duodecimum amatistus
Et duodecim portae duodecim margarite sunt per singulas et singule erant de singulis
margaritis et platea ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum
Et templum non vidi in ea Deus enim omnipotens templum illius est et agnus
Et ciuitas non eget sole neque luna ut luceant in ea Nam claritas dei illuminauit
eam et lucerna eius agnus
Et ambulabunt gentes in lumine eius et reges terre afferent gloriam suam et honorem
in illam
Et portae eius non claudentur per diem nox enim non erit illic
Et afferent gloriam et honorem gentium in illam
Non introibit in eam aliquod coinquinatum aut abominationem faciens et mendacium
nisi qui scripti sunt in libro vite agni
Et ostendit mihi fluuium aquae vitae splendidum tanquam crystallum procedentem
de sede dei et agni
In medio platee eius et ex vtraque parte fluminis lignum vite afferens fructus duodecim
per menses singulos reddens fructum suum et folia ligni ad sanitatem gentium
Et omne maledictum non erit amplius sed thronus dei et agni in ea erit et seruientes
illi videbunt faciem eius et nomen eius in frontibus eorum
Et nox non erit illic et non indigebunt lumine lucerne neque lumine solis quia
dominus deus illuminabit illos et regnabunt in secula seculorum
Et dixit mihi Hi sermones fidelissimi et verissimi sunt et dominus deus spirituum
prophetarum misit angelum suum ostendere seruis suis quae oportet fieri cito
Et ecce venio cito beatus qui custodit verba prophetiae libri huius
Et ego ihesus qui vidi et audiui haec Et postquam audiui et vidi cecidi ut adorarem
ante pedes angeli qui haec mihi ostendebat
Et dicit mihi Vide ne feceris conseruus tuus sum et fratrum tuorum prophetarum
et eorum qui seruant verba libri huius deum adora
Et dicit mihi Ne signaueris verba prophetiae libri huius tempus enim prope est
Qui nocet nocebit adhuc et qui in sordibus est sordescat adhuc et iustus iustificetur
adhuc et sanctus sanctificetur adhuc
Ecce venio cito et merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua
Ego sum alpha et omega primus et nouissimus principium et finis
Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni ut sit potestas eorum in ligno vite
et per portas intrent in ciuitatem
Foris canes et venefici et impudici et homicidae et idolis seruientes et omnis qui
amat et facit mendacium
Ego ihesus misi angelum meum testificari vobis haec in ecclesiis Ego sum radix
et genus dauid stella splendida et matutina
Et spiritus et sponsa dicunt Veni Et qui audit dicat Veni Et qui sitit veniat et
qui vult accipiat aquam vitae gratis
Testificor enim ego omni audienti verba prophetiae libri huius Si quis apposuerit
ad haec apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto
Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiae huius auferet deus partem eius
de libro vite et de ciuitate sancta et de his que scripta sunt in libro isto
Dicit qui testificatur haec Etiam venio cito Amen Veni domine ihesu
Gratia domini nostri ihesu christi cum omnibus sanctis Amen

Primus angelus doctores ante legem significat
Et facta est grando et ignis et mixta in sanguine et missum est in terram et tercia pars terre combusta est et tercia pars arborum concremata est
Secundus angelus moysen et ceteros legis doctores signat
terremotus
Tercius angelus prophetas signat
Et facta est tercia pars maris sanguis et mortua est tercia pars creature que habebat in maria animas et tercia pars navium interiit
Et cecidit de celo stella magna ardens tanquam facula et cecidit in terciam partem fluminum et in fontes aquarum et nomen stelle dicitur absinthium et facta est tercia pars aquarum in absinthium et multi hominum mortui sunt de aquis et amare facte sunt per fontes electi sub lege per absinthium comminationes prophetarum figurantur
per terciam partem maris et animas creature electi morantur

[illegible] ymus aquile volantis p medium celi dicentis voce magna ve ve ve et quartus a tuba tecum et ex
[illegible] gladio vi dei absconsa e de corpore tua ps solis i maior doctor et lune i sapientes Nam illi q vide
[illegible] vita bona magis esse [illegible] xpo q [illegible] vero sol ut sit mortui et ipsi in tpe temptationis recedent ab illo

Martius angelus xpm et apostolos signat

Percussa est tercia pars solis et tercia pars lune et tercia pars stellarum ita ut obscuraretur tercia pars eorum

Ve ve habitantibus in terra

Aquila est dei a predicatoribus

Per celum ecclesia per primum ve ad aquilam xpus et apostoli designantur

Hereticos ecclesiam dei impugnantes secundum ve ad antixpum qui in fine mundi populum dei debellaturus est pertinet

Per terciam partem solis lune et stellarum que percussa et obscurata est qui in xpm crediderunt designantur

Quintus angelus ecclesie catholice signat defensores

Stella de celo cecidit in terram et data est illi clavis putei abyssi et aperuit puteum abyssum et ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magne et obscuratus est sol de fumo putei et aer et de fumo putei exierunt locuste in terram et data est illis potestas scorpionum terre

Stella de celo cadens hereticos ab ecclesia prescidendos clavis liberum arbitrium hereticorum abyssus corda puteus autem ora eorum signat apertio putei placionem malicie cordis eorum insinuat

Puteus abyssi

Quinta tuba notat maiorem hereticorum infestationem [illegible]

Et quintus angelus tuba cecinit et vidi stellam de celo cecidisse in terram et data est illi clavis
putei abissi et ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magne et obscuratus est sol et aer de
fumo putei et de fumo exierunt locuste in terram et data est illis potestas sicut habent potestatem
scorpiones terre et preceptum est illis ne lederent fenum terre neque omne viride neque omnem ar
borem nisi tantum homines qui non habent signum dei in frontibus suis et preceptum est illis ne
occiderent eos sed ut cruciarent eos mensibus quinque et cruciatus eorum sicut cruciatus scorpii cum percutit hominem
Et in diebus illis querent homines mortem et non invenient eam et desiderabunt mori et fugiet mors
ab eis et similitudines locustarum similes equis paratis in prelium et super capita earum tamquam corone similes
auro et facies earum sicut facies hominum et habebant capillos sicut capillos mulierum et dentes
earum sicut dentes leonum erant et habebant loricas sicut loricas ferreas et vox alarum earum sicut
vox curruum equorum multorum currentium in bello et habent caudas similes scorpionum et aculei erant
in caudis earum et potestas earum nocere hominibus mensibus quinque et habebant super se regem angelum
abissi cui nomen abdon
Per stellam illam intelligitur diabolus qui dicebatur lucifer propter magnam claritatem et cecidit de celo id est de consortio an
gelorum precipitatus est in corda terrena sapientum et ad celeste conversationem erigere se nolentium Et data id est permissa
est illi clavis id est potestas abissi id est illorum qui sunt puteus id est hereticorum qui sicut puteus aquam in imo ita sciam
habent in terrena sapientia et sunt abissus quia profundi sunt in viciis et inscrutabiles in calliditate sua sicut
abissus cuius inferiora investigari non possunt Et quia sibi est data potestas in illis aperuit puteum abissi ad ca
sum fidelium vel cadentes in sentias eorum moriantur in anima et quia propter hoc aperuit puteum abissi ut alios
decipiendo sibi incorporaret ascendit fumus putei id est false doctrine et turbulenta doctrina hereticorum que proprie
vocatur fumus quia excecat oculos cordis minus cautorum venit in auctoritatem de imo ascendendo in
altum Et talis doctrina hereticorum est sicut fumus fornacis magne id est similis fumose doctrine anime qui est
fornax magna quia omnes quos sibi incorporavit igne viciorum concremabit Et per eorum fumosam
doctrinam obscuratus est sol id est Christus qui est verus sol obscurabitur quia eius fides destruetur et seductor fuisse
dicetur Et aer id est ecclesia a vero sole Christo illuminata obscurabitur de fumo putei id est de fumosa perversa doctrina obtene
brabitur quia prevalentibus hereticis nova fides in toto mundo obtenebrabitur Et quia de fumo putei id est de ipsis
maioribus hereticis exierunt locuste id est generabuntur alii heretici qui saliunt de heresi ad heresim sicut locuste de loco
ad locum Et fructum ecclesie que est ager dei corrodunt dente heresis sue ut locuste [illegible] novellos agros
fratres corrodunt et hoc faciunt in terra id est illos confundentes qui terra dei esse student fructificantes deo Et data est eis
a domino potestas talis sicut habent potestatem scorpiones terre similes sunt scorpionibus qui sunt noxii vermes habentes caput
pestiferum caudam veneno plenam Ita heretici pulcrum inicium habent [illegible] sermonis et in fine venenum mortis
occulte infligunt hominibus incautis Et licet habeant potestatem a domino consurgendi in electos tamen non timeat eos
permissi ad vitam quia prohibiti sunt a domino ne lederent fenum terre id est illos qui sunt cibaria aliorum in ecclesia sicut
doctores sancti qui reficiunt alios in ecclesia irrobiles homines verbo sancte doctrine sicut fenum reficit pectora
apta ad cultum terre et refectos sancta doctrina mittunt sub iugum Christi et ipsi fenum sunt quia in contemptibus
emarcuerunt neque omne viride id est neque illos qui primum incipiunt virescere in fide et futuri sunt in ecclesia proficientes
neque omnem arborem id est illos qui alios iam excesserunt in fructu contemplative vite qui proprie dicuntur arbores quia alios
in virtutibus sunt excellentiores In hos omnes qui ad vitam predestinati sunt non habent potestatem ledendi nisi tamen in
illos homines qui non habent signum dei in frontibus suis quia fidem sancte trinitatis in hora temptationis non clau
serunt in frontibus id est in operibus suis Et posuit ne mali lederent bonos quantum eos ledere non possit sibi
preceptum est illis ne possint occidere eos in anima Sed probandi sunt electi in hoc mundo tamquam aurum in fornace
Ideo permisit ut fideles sui a malis cruciarentur mensibus quinque id est quinque sensibus per quos humana vita
mensuratur et voluit sicut annus per menses quia exterius corruptos interius sperat eos posse occidere Et quo
hoc faciat insinuat Et cruciatus eorum sicut cruciatus scorpii cum percutit hominem id est scorpius cum blanditur
lingua et infundit in cauda hoc venenum cum cauda sic heretici blandi in sermone primo mortificant
in fine fraudibus suis omnes audientes se Et ita illis prevalentibus in ecclesia querent homines nobiles
et comprobare veritatem omnibus quod heretici predicant esse mortem et non invenient quia confutata eorum deficient eos
Et hoc ideo quia desiderabunt mori heresi sue et mors fugiet ab ipsis id est heretici nolunt [illegible]
Hic describit quales sint heretici quia licet exterius appareant sancti et iusti sunt peccatores dum quia potestatem eorum ad nocendum
[illegible] quia potestas draconis [illegible] successorem suum in plurimum quam [illegible] et ad illum predicandi sunt parati quia super capita eorum
id est in mentibus eorum tamquam corone similes auro id est cogitationem habent diviciarum superbiarum quibus ipsi incertos vincunt in hoc mundo
[illegible] propterea [illegible] [illegible] est quod est signum victorie quia corone non sunt auree sed similes auro quia neque [illegible]
neque [illegible] sapientia est in illis et ut melius possint decipere facie [illegible] id est [illegible] simulant et habebant capillos sicut
mulierum id est [illegible] [illegible] [illegible] alios se ornabant et illos se [illegible] attrahebant sicut capilli ornant caput mulieris
et homines ad amorem [illegible] attrahunt et [illegible] ita dulces [illegible] [illegible] tamen [illegible] illi quia [illegible] eorum [illegible] ad mortem
[illegible] sicut dentes leonum ad [illegible] [illegible] et ut [illegible] possit decipere habebant [illegible] fortibus [illegible] quam muniant
[illegible] [illegible] sicut lorice [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible]

Post hec et vidi tres angelos tres emittere et audivi vocem vnius ex quatuor cornibus altaris aurei qd' e ante oculos dei dicentem sexto angelo q habebat tubam Solue quatuor angelos qui alligati sunt in fluuio magno euffrate Et soluti sunt iiii angeli qui parati sunt in horam et diem et mensem et annum ut occidant tertiam partem hominum Et numerus militum equitum centum milia milies Et vidi equos in visione et qui sedebant super eos habentes loricas igneas et hyacinthinas et sulphureas Et capita equorum erant tanquam capita leonum Et de ore eorum procedit ignis et fumus et ab hiis tribus plagis occisa est tertia pars hominum ignis et fumus et sulphur qui procedebant de ore eorum Nocet enim potestas eorum in caudis ipsorum Caude enim eorum serpentibus similes habentes capita et in his nocent Et

Audiui vocem magnam de quatuor cornibus altaris aurei dicentem tuba quinto angelo Dimitte quatuor angelos qui alligati sunt in fluuio magno euffrate Et dimissi sunt quatuor angeli qui parati erant in horam et diem et mensem et annum ut occiderent tertiam partem hominum Et numerus exercitus equitum duo milia milium audiui numerum eorum Et sic vidi equos in visione et eos qui sedebant super eos habentes loricas igneas et hyacinthinas et sulphureas Et capita equorum quasi capita leonum et de ore eorum procedit ignis et fumus et sulphur Et ab hiis tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne et fumo et sulphure qui procedebant de ore eorum Potestas enim equorum in ore eorum est et in caudis eorum Nam caudae eorum similes serpentibus habentes capita et in his nocent Et

Audiui vocem magnam de quatuor cornibus altaris aurei dicentem tuba quinto angelo Dimitte quatuor angelos qui alligati sunt in fluuio magno euffrate Et dimissi sunt quatuor angeli qui parati erant in horam et diem et mensem et annum ut occiderent tertiam partem hominum Et numerus exercitus equitum duo milia milium audiui numerum eorum Et sic vidi equos in visione et eos qui sedebant super eos habentes loricas igneas et hyacinthinas et sulphureas Et capita equorum quasi capita leonum et de ore eorum procedit ignis et fumus et sulphur Et ab hiis tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne et fumo et sulphure qui procedebant de ore eorum Potestas enim equorum in ore eorum est et in caudis eorum Nam caudae eorum similes serpentibus habentes capita et in his nocent Et

Solue quatuor angelos qui alligati sunt in fluuio magno euffrate Et soluti sunt iiii angeli qui parati sunt in horam et diem et mensem et annum ut occiderent tertiam partem hominum Et numerus militum equitum centum milia milium audiui numerum eorum Et sic vidi equos in visione et eos qui sedebant super eos habentes loricas igneas et hyacinthinas et sulphureas Et capita equorum quasi capita leonum et de ore eorum procedit ignis et fumus et sulphur Et ab hiis tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne et fumo et sulphure qui procedebant de ore eorum Potestas enim equorum in ore eorum est et in caudis eorum Nam caudae eorum similes serpentibus habentes capita et in his nocent Et

Audiui vocem magnam de quatuor cornibus altaris aurei dicentem tuba quinto angelo Dimitte quatuor angelos qui alligati sunt in fluuio magno euffrate Et dimissi sunt quatuor angeli qui parati erant in horam et diem et mensem et annum ut occiderent tertiam partem hominum Et numerus exercitus equitum duo milia milium audiui numerum eorum Et sic vidi equos in visione et eos qui sedebant super eos habentes loricas igneas et hyacinthinas et sulphureas Et capita equorum quasi capita leonum et de ore eorum procedit ignis et fumus et sulphur Et ab hiis tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne et fumo et sulphure qui procedebant de ore eorum Potestas enim equorum in ore eorum est et in caudis eorum Nam caudae eorum similes serpentibus habentes capita et in his nocent Et

angelus abadon idē exter
minans nōie rex est locus
tarū et sigt dyabolū
Pficuū doctrina hēticorū p locustas multi
tudo eorū ītelligitur
Sextus an
gelus uires
sigt
Solue quatuor
angelos qui alli
gati sunt in flu
mine magno eu
fraten et soluti
sūt quatuor angeli
qui parati erāt i ho
rā et die mēsem et
annū ut occiderēt
terciam partem
hominū
P altare aureū
ecclā p uocē alta
ris doctrina eūā
gelij p terciā ptē
hominū multi
tudo elcōrū p eu
fratē hic mundꝰ
designatur
Eufrates fluui
tis magnus

...de equorū similes ser-
...tibus habentes capita
...losophorum doctrina
...signant
capita equorū erant tanq̄
capita leonū et de ore eorū procede-
bat ignis fumus et sulphur
et ocisa est tria pars hominū de ipso
fumo igne et sulphure p terrigni
partem hominū multitudo mr̄ in
significatur:
Signa que locuta sunt
septem tonitrua noli
ea scribere:
Septem tonitrua
Per vocem angeli locuta sunt
septem tonitrua voces suas
Per septem tonitrua .vij.
virtutes intelliguntur

